






F. g. num. 30.

1778, 43.

DE
IVRE RETRACTVS
DOMINO FEODI COMPETENTE



MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE

D. DAVID GODOFREDO AEGIDIO
WILKE

P. P.

SERENISS. ELECT. SAXON. IN SVPREMO LVSATIAE
INFERIORIS REGIMINE CONSILIARIO, EIVSDEMQUE
CVRIAE PROVINCIALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI
LIPSIENSIS, ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. XXI FEBR. A. O. R. CIOICCLXXII

H. L. Q. C.

DISPV T A T

CHRISTIANVS WILHELMVS KRITZ

GEITHAYN - M I S N.

LIPSI AE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



P. 228,



1771. 11. 10.

DE
IURE RETRACTVS
DOMINO FEODI COMPETENTE

MAGNIFICENTISSIMO ORDINE AVCTORITATE
PRAESIDE

D. DAVID GODOFREDO AEGIDIO
WILKE

PROFESSORIS PRAESIDIUM
IN UNIVERSITATE SACHSIAE
LITVENSIS
CIVILIS PROCURATORIS
CONSISTORII
LITVENSIS
LITVENSIS
LITVENSIS

IN VILNA
LITVENSIS
LITVENSIS
LITVENSIS

CHRISTIANUS WILHELMUS ERLENZ
LITVENSIS

LITVENSIS
LITVENSIS



1771





DE
IVRE RETRACTVS
DOMINO FEODI COMPETENTE.



§. I.
nam iuris feodalis interpretes receperunt distinctionem inter dominium directum et vile, utpote ipsis legibus feodalibus plane incognitam, eam neque domini proprietati quidquam detrahere, neque vasalli iuribus aliquid attrahere merito affirmamus. Dominium enim ius illud denotat, de re corporali perfecte disponendi, dominoque proprietatem nullo modo diminutam tribuit, et plenum dominium esse dicitur, quod vero aliqua ex parte imminutum, minus plenum appellatur, et in directum et vile diuidi solet, quorum prius domino emphytheuseos et superficiiei, hoc emphyteutae et superficiario tribuitur. Interim, qui vile dominium vocant, voce dominii abusue vtuntur, pro perpetua et inconcussa possessione

A 2

sumta



sumta. Quamuis enim certum sit, Graecos Imperatores suos
 patrimoniales emphyteutas domini nomine dignasse, vti vide-
 mus in l. 2. l. 4. et l. 12. C. de fund. patrimon. etc. quo sensu
 non tam commodare Caesares, quam iure domini tradere se
 fundos profitentur; iura tamen emphyteutis in l. 1. §. 1. D. Si ager
 vestigalis, etc. dominium expresse negant, sed tantummodo
 ipsis vtilem in rem actionem aduersus quemuis possessorem con-
 cedunt, qua actione concessa, ius quoddam affine dominio et
 proximum arguitur. Quo minus igitur emphyteutis iure ciuili
 domini appellatio communicanda, eo magis in feudali iure il-
 lius ratio haberi non poterit, cum plane aliam feodorum con-
 ditionem esse, quam honorum emphyteuticiorum, quilibet
 facile concedet. Licet enim in feodo dominium inter domi-
 num et Vasallum diuisum esse videatur, cum illi quidem pro-
 prietas rei in feodum darae salua maneat, huic vero vsufruc-
 tus plenarie relictus sit, imo II. F. 8. disertis verbis dicatur:
*Rei per beneficium recte inuestitae Vasallus hanc habet potestatem
 vt tanquam dominus possit a quolibet possidente sibi quasi vindica-
 re etc.* Feodum tamen aliter definiti non poterit nisi per Vsum-
 fructum rei cuiusdam sub lege fidelitatis concessum. Et quem-
 admodum Paullus Ictus in l. 25. D. de V. S. ait: *Recte dici-
 mus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum vsufructus alienus
 est: quia vsufructus non domini pars, sed seruitutis sit: Vt via,
 et iter: nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest vlla pars
 dici alterius esse etc.* inde facile apparet, Vasallo in feodo, siue
 vsufructu rei concessio neque dominium, neque etiam partem
 ipsius competere posse. Sic etiam II. F. 8. Vasallus non ve-
 rus dominus beneficii appellatur, sed tantummodo tanquam do-
 minus consideratur ipsique quasi rei vindicatio conceditur, qua-
 re optimo iure SENKENBERGIVS in primis lineis I. F. as-
 serit: Vasallus non dicitur dominus nisi improprie, vnus
 enim rei plures domini in solidum esse non possunt. Quod
 si vero feodum definimus per vsufructum rei cuiusdam
 sub lege fidelitatis concessum, alium esse vsufructum iuris ci-
 uilis, alium iuris germanici monendum esse censemus. Plus
 enim

enim iuris competit Vasallo in beneficio quam illi, cui ex iure civilis dispositione rei cuiusdam usufructus addictus est.

§. II.

Si pluribus opus est argumentis Vasallo non competere dominium quoddam in feodo, hoc vel ex eo apparebit, quod primis temporibus omne ius beneficiarium precarium esse intelligeretur, et domino quocumque tempore feodum reuocare et Vasallum de eo deuestire liberum esset. Fidem faciunt verba I. F. 1. §. 1. *Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feodum a se datam* etc. postea vero paulatim eo ventum, ut successu temporis per annum, deinde usque ad mortem Vasalli firmitatem haberent, postea ad filios, fratres et usque ad septimum geniculum deuenirent, postremo in perpetuum concederentur beneficia et in haeredes usque in infinitum transirent. Nonne vero ex eo facile colligi posset, ac si domini vox nil nisi inane nomen in persona concedentis beneficium reliquerit, atque omnis spes feodum recuperandi fuerit intercepta? Sed omni usu carere dominium directum ideo dici vix poterit, cum non solum Vasallus fidem et reuerentiam domino exhibere, eius commodum et vtilitatem promouere, imo etiam seruitia ipsi praestare debeat. Praeterea Vasallo perfecta de beneficio disponendi facultas atque potestas haud quaquam concessa, omnis alienatio, quo nomine etiam omnis actus continetur, quo vel ipsum ius feodi, plane in extraneum transferatur, vel aliud ius in re feudali constituitur, sine consensu domini, utut eorum, quorum spes succedendi illa intercipitur, interdista, nisi ea lege feodum datum sit, ut et alienari possit. Neque desunt in iure clientelari plures causae, quibus beneficium amitti, et ad eum, a quo profectum erat, redire potest.

§. III.

Ex Lotharii II. et Friderici I. Imp. constitutionibus II. Feud. 52. et 55. Vasallus rem in feodum datam alienare prohibetur, nisi domini et agnatorum, quorum interest, consensus accesserit, et II. F. 40. dominis omnes alienationes feodi factas, nulla obstante praescriptione revocare permillum. Ius



Reuocandi beneficium in sensu speciali et *κατ' ἐξοχὴν* quidem attribuitur solis agnatis, iure delatae successionis; in sensu generali vero dicimus reuocationem beneficii legitime fieri a domino, non solum propterea, quando sine ipsius consensu beneficium alienatum, sed et ab ipso domino et agnatis iure protimiseos siue retractus. Mittimus in praesenti, quae iure delatae successionis ab agnatis fieri solet, reuocationem; animus potius est, de iure protimiseos siue retractus pauca differere. Equidem parum inter se differt ius protimiseos atque retractus, quippe cum prius futuram alienationem, posterius vero iam perfectam respiciat. Quando igitur omnis alienatio beneficii, non consentiente domino facta, irrita atque nulla pronuntiatur, atque dominus ad reuocationem feodi admittitur, vix casus existere poterit, vbi dominus feodum iure retractus vindicabit: aut enim Vasallus consensum in alienationem praesentem a domino petit et impetrauit, aut non, priori casu dominus consensu declarato, et iuri protimiseos et retractus renunciaſſe videbitur, quod si vero non consenserit dominus, et tamen alienatum fuerit beneficium, inconsultum foret, iure retractus feodum refuso pretio vindicare, cum iam ex alia causa per textum II. F. 52. et 55. ad dominum ipso iure deuoluatur. Sed non desunt casus, vbi consensus domini in alienationem omnino necessarius non est, ita vt etiam, non requisito domini consensu, alienationes susceptae nihilominus subsistant, si scilicet vel per legem specialem, vel per consuetudinem Vasallis talis potestas a domino indulta est. Sunt enim quaedam feodorum genera, in quibus a natura feodi ita receditur, vt et sine consensu domini directi alienari queat, quale est feodum mere haereditarium et alienabile. Quae enim ad naturam feodi constituendam regulariter pertinent, per specialem conuentionem, et pacta constituentium feoda, libere possunt immutari, ita tamen ne beneficium in vno improprium ideo etiam in altero improprium esse censeatur, quare etiam in feodo alienabili ius protimiseos et retractus cessare dici non poterit. Quam maxime enim diuersa sunt, ius, praedium sine domini consensu alienandi, et, ius, impediendi retractum, cum vnum

unum alteri minime cohaereat, aut ex eo consequatur. Itaque si fallere videntur, qui ius protimiseos s. retractus ex consensu domini in alienationem necessario deriuant, et eundem ideo praescriptum esse statuunt, quo minus in exercitio huius iuris impediatur dominus aut forsitan circumueniatur, multo magis fluit hoc ius ex dominio, quod etiam in feodis impropriis penes dominum remanet, et potius ob fauorem consolidationis arg: l. ult. C. de bonis emphyteuticis. tribuitur domino, quoniam aequum esse videbatur, rem ad eum redire a quo profecta, et qui partem domini habebat, quam ad alium. Sic in feodis Lusaticis per privilegia Imperatorum Ferdinandi I. et Maximiliani II. libera Vasallis beneficiorum alienatio absque domini consensu permessa, quo ipso tamen domini directi ius, ut in exercitio iuris protimiseos et retractus impedi possit, nullatenus imminutum, id quod multis argumentis Hornius Ipd. feodali et Wernherus in Obseru. P. I. obs. 209. confirmare alloborant.

§. IV.

Quod si itaque ius protimiseos siue retractus in bonis feodalibus certissime locum sibi vindicet, utpote in ipsis legibus iuris beneficiarii fundatum, ad rem praesentem tamen magis pertinebit, id paullo accuratius explorare, quamdiu dominus directus iure retractus uti possit. II. F. 26. §. 13. dicitur. *Quod si consenserit alienationi, vel per annum, ex quo sciuit, tacuit, omnino remouebitur.* Exinde plurimi Iuris clientelaris Interpretum consensu domini in alienationem declarato ius protimiseos et retractus exulare statuunt; ita ratiocinantes: Quando Vasallus dominum directum adiit, et ab eo petit, ut alienationem feodi permittat, contractum celebratum confirmet, nouumque Vasallum inuestiat, dominum, si precibus Vasalli locum dedit, non amplius posse beneficium retrahere, quoniam consensus in alienationem declaratio, iuris protimiseos et retractus renunciationem inuoluat, quemadmodum etiam in l. 6. ff. de R. I. dicatur: *ille non vlt emere, qui alium ad emendum feodum admitti voluit, qui enim retrahit fundum alienatum, ipsam reuocat alienationem cuius nomine tamen,*



men, semel consentiendo, perpetuo deinceps manet, cum nemo proprio facto contravenire possit. Ergone nostra sententia, quam in antecedentibus proposuimus, ius protimiseos scilicet s. retractum perperam ex consensu domini in alienationem necessario, deriuari, sed esse effectum domini directi, omni fundamento destituta corrui? Ast facili negotio litem omnem dirimendam, nostramque opinionem, quippe quae auctoritatibus Ictorum praestantissimorum puta Wernheri, Rosenthalii, Schraderi aliorumque munita, utique defendendam esse statuimus. Primum enim in textu II. F. 26. §. 13. de ea feodi reuocatione sermo est, quae agnatis iure delatae successione competere solet, minime vero eum casum respicit, quo dominus directus ius protimiseos siue retractum exercere intendit. Potius huius rei causa textus II. F. 9. consulendus in quo nempe dicitur: *Porro siue de bona consuetudine, siue de praua quaeramus, concessa sunt domino pro aequali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciuerit computando.* Ex quo quidem apparet ius protimiseos s. retractus consensu in alienationem declarato non amitti, sed expressa refutatione; diuersa enim sunt iura consensum suum in alienationem interponere, et renunciare iuri protimiseos, nam is, cui plura competunt iura, quoties vni renunciauit alterum non dereliquisse existimatur, per legem 21. D. de Seruit. Praed. urban. et l. 17. §. 1. ff. de acquirenda vel amittenda haereditate; sicut et omnes renunciationes strictissimae interpretationis esse censentur; quod quidem multo magis ideo affirmandum cum ipsae leges feudales domino spatium annale in exercendo iure protimiseos et retractu indulgeant.

§ V.

Difficilior vero esse videtur illa quaestio, vtrum domino directo ius protimiseos siue retractus in feodo per subhastationem alienato competere possit? Dubitant multi; affirmatiuam vero tuentur sententiam Stryckius Hartm. Pistor. Philipp. de subhastat. Etenim Stryckius, in vsu Pandectarum moderno L. XVIII. Tit. 1. §. 22, existimat, ius protimiseos et retractum, etiam si bene



beneficiū sub hasta vendatur, non tantum ratione domini directi, quam ne ipsi inuito alius Vasallus obrudatur, domino vtique competere. Neque enim alia ratio videtur subesse, vtrum res quaedam priuata an vero publica auctoritate vendatur. Quod enim inter Vasallum eiusque creditores intercedit negotium, tanquam res inter alios acta domino directo praeiudicium inferre nequit arg. l. 1. D. de except. rei iudic. Hoc vero nos minime mouet, vt et huic sententiae adstipulemur, etiam si veram esse opinionem largiamur, si tantum de iure protimiseos, quod scilicet nondum perfectam venditionem respicit, non vero de iure retractus intelligatur. Etenim verum et indubitati iuris esse dicitur, per subhastationem omnia iura realia fundo inhaerentia expirare, quare nec iuri protimiseos nec retractui, cum regulariter rem minime afficiat, nec vllum ius in re, sed tantummodo actionem personalem tribuat, locus erit relinquendus. Iniquissimum sane foret, si is, qui fide publica rem emit, sua possessione tutus non esset, sed reuocationem illius metuere deberet. Quapropter l. 5. C. de fide et iure hast. fisc. praecipit; res sub hasta venditas perpetuo esse penes emtores iure domini, nec rescripto impetrato infringi posse, nec minoribus propter aetatem dari restitutionem. Ideo etiam, si bona debitoris veneunt, et publica auctoritate venduntur, fori vsu introducum, vt per publica proclamata omnibus notum fiat, qui ad eiusmodi venditiones accedere volunt, quare si dominus praefinitum tempus quo protimiseos iure adhuc vti poterat, neglexerit, iure suo, perfectam venditionem reuocandi cadit, et poenam negligentiae sentiat necesse est; publice enim interest ne venditiones, quae sub hasta fiunt, irritae euadant. Si pluribus opus est argumentis, liceat nobis adicere Facultatis Iuridicae Lipsiensis responsum, quod ad interrogationem haud ita pridem emissum, et huic scriptuiculae ansam dederat, quo ipso nostrae sententiae maiorem auctoritatem nobis conciliare posse confidimus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

B

Auf





Auf die an Uns gethane zwo unterschiedene Fragen, so derselbe Uns sammt einen Adjudications Scheine zugeschickt, und etc. Erachten Wir etc. und Anfangs auf die erste Frage Hat eine gesammte Regierung zu G. das Ritter Mann Lehn Guth N. ausgeklagter Schulden halben öffentlich Subhastiren lassen, solches auch demselben gegen 18000 rthl. zu geschlagen. Nachdem nun verlauten, als dürfte der Herr v. N. sich des Vorkaufs Rechts vielleicht zum Vortheil eines dritten an solhanen Guths anmaassen; So ist

Ob einen Landes- oder Lehnherrn das Vorkaufs- Recht oder ein Jus Retractus an Lehn Güthern zustehe?

zu wissen von Nöthen.
Ob nun wohl, was etwa in vorigen Zeiten diejenigen Rechtsgelehrten, welche allein derer Römischen, nicht aber der teutschen Gesetze kundig gewesen, und daher nicht solten die ritterlichen Lehn Güther nach Art und Eigenschaft der emphyteutischen behandeln, bey welchen der Erbzinsherr allerdings eines Einstandes oder Vorzuges vor einen fremden Käufer sich zu erfreuen hat, nicht allemal nach ieszigen Gerichts brauche Anwendung findet; Dennoch aber und die weil das Vorkaufs- Recht des Lehnherrns nicht auf der Rechtsgelehrten selbst eigener Erfindung, sondern auf ausdrückliche Lehn- Rechte gegründet

II. F. 9. §. donare

CARPZOV, P. 2. Constit. 31. def. 6 et 7.

LEYSER de iure promissos domini
solchemnach, das bey diesen oder jenen Lehnhöfen solcher Einstand annoch in Übung sey, zu erweisen nicht nöthig ist, sondern vielmehr derjenige, so dieses leugnet, dessen Abschaffung beyzubringen v. erbunden

So mag der Regul nach dem Lehnherrn das Vorkaufs Recht an denen verkauften Lehn- Güthern süglich nicht abgesprochen werden. Zum andern und auf die andere Frage, fällt Zweifel vor:

Ob besonders im gegenwärtigen Falle solhanes Vorkauf- Recht statt finde?

Ob nun wohl dawieder, das die gesammte Regierung den Subhastation- Patente die Clausel: das diejenige, so an den öffentlich feil

feil gebothenen Guthe ein Vorkaufs Recht hätten, das sey auch aus welchen Grunde es immer wolle, sich im Adjudications-Termine bey Verlust desselben zu melden, und, ob sie solches exerciren wollten, zu declariren hätten, ehe noch die wirkliche Adjudication des erstandenen Gutthes in der Regierung vor sich gieng, einverleibet worden, mit vielem Scheine Rechts zu erinnern stünde, das, was eine gesammte Lehns-Curie oder Regierung in Namen sämmtlicher lehnherrn, gethan, den Herr v. N. als einen special Herrn nichts benehmen könne, indem zwar nach Mehrheit der Stimmen hier etwas beschloßen, jedoch aber dadurch einen einzelnen Mittheilhaber sein besonderes Recht nicht entzogen werden möge, inmaassen so gar der Besitzer eines Gerichts, ja der Richter selbst, diejenigen Handlungen zu hinterziehen berechtiget, die in seiner Gegenwart vollzogen, oder wohl gar von ihm bestätigt worden, weil er dasjenige, so er als Gerichts-Bewisser bewilligen müssen, als eine Privat-Person wieder sich nicht gelten lassen darf.

HOMMEL Rhaphf. Obf. 411. Num. 3.

und ferner die Rent-Rammer eben desselbigen Fürsten zuweilen die von der Regierung unternommene förmliche Beleihungen zu hinterziehen pfeget, wie davon die Schrift-Steller merkwürdige Beyspiele aufgezeichnet

HOMMEL Rhaphf. Obf. 285 num. 5.

besonders aber, wo in einen Collegio der Schade eines einzelnen Mitglieders einschläget, die übrigen, wenn sie auch alle einstimmig wären, ihm solches nicht zu entziehen im Stande, sondern der Widerspruch eines einzigen mehr, als der Wille aller übrigen in Erwegung kommet;

Dennoch aber und dieweil das Vorkaufs-Recht durch die Subhaftation getilget wird, inmaassen da der Verkauf durch öffentlichen Anschlag zu aller männiglichen Wissenschaft gedeihet, die Schuldigkeit desjenigen, so den Vorkauf exerciren will, mit sich bringet, sich in den Subhaftations-Termine einzufinden, wie es nicht allein in Chursächsen eingeführet,

O. P. R. ad. Titt. 40. §. 3.

sondern auch außerdem, weil es eine vernünftige Ursache zum Grunde hat, auf gleiche Art gesprochen zu werden pfeget, und



zwischen der in Zweifelsgründen angezogenen Bestätigung eines Contracts, so der Richter, jedem seinem Rechte unbeschadet, vornimmt, und der Sache weder etwas geben noch nehmen kan, und einer dem öffentlichen Patente einverleibten Commination so von der Obrigkeit, und noch darzu in einen Credit-Wesen geschieht, ein Unterschied obwaltet, sintemal hier der Lehnher, als eine Privat-Person zu betrachten, der sein ganzes Recht aus dem mit dem Vasallen getroffenen Contracte überkommen, solchem nach, da bey Verlust des Vorkaufs ein ieder, wer der auch sey, sich hat melden sollen, der Herr v. N. aber solches unterlassen, den Ersteher des Gutes keine, sondern jenem die Schuld der Versäumnis allein beyzumessen, auch der Vorkauf wegfällt, wenn der Lehnherr entweder ausdrücklich oder stillschweigend in die Veräußerung gewilliget und auf alle Fälle die gesammte Regierung, so Verkäufers Stelle vertreten, den Käufer das Recht schlechtdinglich gewähren muß.

So mögen der Herr v. N. das Vorkaufs Recht an den Rittersgute N. nicht ausüben

Alles von Rechts Wegen.



ULB Halle

3

005 361 834







Farbkarte #13

B.I.G.

DE
IVRE RETRACTVS
DOMINO FEODI COMPETENTE

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE

P. 228, 1792, 43.
D. DAVID GODOFREDO AEGIDIO
WILKE

P. P.

SERENISS. ELECT. SAXON. IN SVPREMO LVSATIAE
INFERIORIS REGIMINE CONSILIARIO, EIVSDEMQUE
CVRIAE PROVINCIALIS, CONSISTORII ECCLESIASTIGI
LIPSIENSIS, ET FACVLTTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

D. XXI FEBR. A. O. R. CIOIOCCCLXXII.

H. L. Q. C.

DISPV TAT
CHRISTIANVS WILHELMVS KRITZ

GEITHAYN - MISN.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

